



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 119. Nova rituum norma in Angliæ regno stabilita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

gui tamen judicii, ac violentæ indolis, Sæcul. XVI.  
A.C. 1549.  
præcipue vero immoderatæ ambitionis  
Vir erat. Ceterum iniquo prorsus ani-  
mo ferebant omnes, quod Cranmerus,  
cum tamen esset Archiepiscopus, mortis  
sententiam suo chirographo firmasset.

## §. CXIX.

*Nova rituum norma in Anglia regno  
stabilita.*

Regius Senatus, postquam quædam  
subsidia Regi concesserat, a decima  
quarta Martii usque ad quartam Novem-  
bris diem fuit prorogatus; ibidem vero  
editis quibusdam statutis melodia dein-  
ceps in Officii Divini cantu servanda  
præscribebatur, simulque nonnulli ab-  
rogabantur ritus, atque inter eos præ-  
cipue Altare exosculandi, signum S.  
Crucis efformandi, sacrumque Codicem  
ab uno Altaris latere ad aliud defe-  
rendi consuetudo fuit abolita, populo-  
que injunctum, ne deinceps ea precan-  
di formula, quam vulgo rosarium ap-  
pellant, uteretur; cumque Sacerdotum  
non pauci adhucdum clam Missæ fa-  
cificia pro Defunctis offerrent, simulque  
sibi quemdam, qui S. Synaxin sumeret,  
assistantem haberent, ne pænas nupero  
decreto fancitas incurrerent, hinc præ-  
ter tricesimi, ut vocant, diei Missas,

D 5      pro

Sæcul. XVI. prohibitum fuit, ne saepius quam unica  
A.C. 1549. vice per diem S. Synaxis distribueretur,  
 exceptis Paschatis, ac Nativitatis Dominicæ festivitatibus: insuper inhibitum,  
 ne intra Ecclesiarum circuitum durante re sacra, quicquam ematur, vel vendatur.  
 Hæc fuere mandata illis data, quos Rex regnum visitare jussérat, eosque  
 inter Cranmerus suam lustrabat Provinciam; Londinensis vero Episcopus rem  
 ita agere a Senatu erat jussus, ut ejus Ecclesia Cathedralis ad D. Paulum  
 ceteris exemplo esset, ibidemque non nisi unica Missa in honorem Sanctorum  
 celebraretur, qua durante etiam in summo Altari non nisi unica fieret communio.  
 Hæc itaque nova Liturgia communi omnium consensu ubique recipiebatur.

§. CXX.  
*Maria Regis Filia sese his novitatibus  
 submittere recusans.*

*Burnet. hist. de la reform. tom. 2. l. 1. p. 157.* **S**ola supererat Maria Henrici VIII. Filiæ, quæ Sacrum Missæ Officium palam in suo Palatio pro more antiquo celebrari jubebat. Evidem hac de re ingens ei molestia creabatur, & Regis Curia, cuius auctoritatem ipsa sollicite declinabat, illam eo adigere nitebatur, ut sese hisce statutis æque, ac ceteri subdi